



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

48. Quis sit Ordinarius seu diœcesanus exemptorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

ideo scriptis meis insertum volui, tum ut fidem prædictis adstruerem, tum ut palam facerem, quanto studio Clerus noster qui præ cæteris Europæ nationibus tanto nobilior & spectabilior est, quo jam ab annis octingentis & amplius continuè floruit in fide Apostolica Romana, unde dicta est legitima sanctæ Romanæ Ecclesiæ filia, & etiamnum floret, dum salutaribus istis scitis studet avitam pietatem & religionem laram rectam conservare. De qua etiam extera: nationes attestantur, nullum esse in orbe Christiano locum.

*Quo plura emineant templa sacra Deo.*

quod ante annos quadringentos vidit eruditissimus Franciscus Petrarcha dum civitatem hanc prætergrediens, illud elogium ei reliquit. Vidi Leodium insignem Clero locum.

Plane insignem, ut qui Canonicorum collegia habeat undecim: Abbatis virorum sex: Prioratus sex: conventus virorum mendicantium octo: Abbatis Sanctimonialium duas: Conventus Monialium octo: Sacella publica duodecim: Paroecias triginta duas: Xenodochia quindecim: Beginagia quinque: atque ista omnia in ipsa Civitate & Suburbii: nam in Diœcesi passim exuberant collegia quæ Canonico-rum, & Canonissarum, quæ Religiosorum, quæ Virginum Sanctimonialium, ut vere patria ista jam ab antiquo Paradisus Clericorum nuncupetur: idque non tam à compo- sito censu quo Clerus dotatus est, quàm ab insigni pietate, qua multifariam commendatur, cum in illa legantur extitisse octoginta quinque seu viri seu mulieres, relati in numerum sanctorum.

QUÆSTIO XLVIII.

Quis sit ordinarius seu Diœcesanus Exemptorum.

**P**aucis dicimus, quod Papa, ne dentur Acepali sine Rege sine capite sicut locuta: Franc. ca. autoritate & in hibemus vers. in glossa de priv. in 6. cap. nulla ratio- ne dist. 93. Rebuff. de privileg. Schol. priv. 164. n. 6. Gomezus ad reg. Cancell. de infirmis reg. par. 1. quæst. 5. *Mitis in repert. verb. prescribere nemo potest.* Ideo qui ab Imperato- re se Exemptos neminem recognoscere asserunt, coram Papa jure conveniri poterunt. Fel. cap. novit. nu. 4. ubi Abb. nu. 26. cum addit de judic. Fel. cap. Epistola nu. 1. de probat. Abb. cap. grave n. 1. de offic. ord.

Qvæ.